PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 36r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tum glandes inde decoctas cineri subicient / modice quidem
sorbilantes vitissimique etatem in pace peragentes cum valitudine
vt equum est finientes senectutem per similem nepotibus
vitam derelinquent Gla At ille quoniam alio inquit modo
O Socrates si porcorum urbem conderes eos saturares So (facete)
Sed quoniam modo inquit opus est o glauco Gla Vt mos
est inquit in lectis recumbere illos qui minime labori se
velint dedere / in mensis que cenare fercula vt nunc habentes
ac bellaria So Non inquam satis quid ipse cupias intelligo /
non civitatem solum vt videtur orientem perscrutamur
sed voluptate quoque diffluentem urbem / et fortassis
non inepte cogitare videris / Hanc nempe intuentes
facilius iusticiam iniusticiamque cernemus quemadmodum
in urbibus soleant oriri vera tamen et salubris ea civi
tas quam primisque visa est nunc turgidam quoque vt con
sideremus cupis Gla Nichil inquit prohibet So Hec igitur in (Turgide civitatis apparatus)
quam atque huiusmodi dieta vt videtur pluribus minime sufficiet
ceterum thori aderunt atque mense / vasa insuper alia fercula
et vnguenta odores que preciosi concubine ~~tam~~ etiam ac
sapores et hec omnia multifariam instructa ac parata /
ea vero que prius dicta sunt a nobis ~~ac~~ ut apponantur
non amplius puto necessaria domus scilicet calciamenta atque
vestes sed pictura quoque perquirenda / aurum ebur ac similia
habenda sunt / num id existimas Gla Puto inquit So
Maiore igitur nobis opus est civitate / illa etenim salubris
haud quamque sufficiens videtur esse / et hec quidem in= (Insolencia)
solentia ac multitudine replenda est / eaque habenda
que necessitatis causa haud quaquam in civitatibus soleant
adesse Venatores omnes ac fictores circa figuras et (Venatores)
colores plurimi Tum multi erga musicam poete horum (fictores) (poete)
que ministri cotionatores hypocrite et ymaginum factores omnium que (ypocrite habitu varietati)